Jaworski Consorti suæ Debet

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Nobilis
Jacobus Jaworski Hospitalis sanus mente et corpore existens a Terris districtibus suis Jurisdi-
ctionibusq suis quibusvis propriis et competen. recedendo Praesentique Castrensi Capitan. Praemislien.
Jurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus quo ad actum praesentem attinet tota-
liter et plenarie inscribendo atq submittendo palam libere publice ac per expressum recognovit
Quia ipse Nobili Mariannae Chlopicka Consorti suae legitimae eiusq posteris summam
Septingentorum florenorum polon. Certi veri iusti et liquidi debiti mutuatæq pecuniæ mone-
tæ et numeri in Regno Polon. Currentis computando tenetur atq debet Quam quidem sum-
mam suprascriptam Septingentorum floren. polon. idem recognoscens Nobilis Jaworski prae-
dicta Nobili Mariannae Chlopicka Consorti suae eiusq posteris ipsi et super bonis suis quibus-
vis omnibus summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesen-
sque post fata sui recognoscen. dare solvere et realiter numerare et coram officio Actisq prae-
sen. Castren. Capitan. Praemislien. realiter et in effectu reponere et relinquere repositamq
et relictam summam eandem rursus ab eodem officio non extollere nec ausare
atq alio quovis modo impugnare. Idq sub vadio similis summae Septingentorum floren.
polon. per suprascriptos successores eorumq posteros praefatae Nobili Mariannae Chlopicka
consorti suprascripti recognoscen. eiusq successoribus in casu non solutionis summae Septin-
gentos pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo Pro quo qui-
dem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac ratione principali non solutae
solvendae Citati existentes successores sui recognoscen. eorumq posteri ad instantiam
suprascriptae Nobilis Mariannae Chlopicka consortis suprascripti recognoscen. eiusq
successorum Ad officium praesens Castren. Capitan. Praemislien. Extra inscriptionem supra-
scriptam quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino
tanquam peremptorio stare comparere respondere vadium praefatum luere inscriptio-
ni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Se quo ipsos Suc-
cessores ad eadem omnia inscribit et obligat Eundem terminum primum peremptoriu-
m et alios omnes exinde emergentes Causaeq eiusdem terminos semper peremptorios
Et Successores suos quosvis legitimos eorumq posteros

vera infirmitate pro maiori munditate ... legatione ... vel electa Regnum servitio militari ad monimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vel ad proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes protestationes ac earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praesentis Terrestri vello Convocationis et aliis quibusvis iuris remediis et facti deserptione ... non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Ipse sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Advitalitatem Consorti suae Inscribit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Iacko Iaworski Rosvitowicz sanus mente et corpore existens a Terris districtibus ... ribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praefatae vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni Se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Marinae Chlopiczka consorti suae legitimae super bonis suis quibus omnibus mobilibus et immobilibus haereditariis et obligatoriis summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis necnon auro argento clenodiis gemmis aere stanno orichalco vestibus vestimentis pecoribus pecudibus equiciis ac tota suppellectili domestica nunc habitis et in posterum habendis nihil ad praemissa iuris dominii proprietatis ac cuiuspis competentiae et praerogativae pro se suisque successoribus aut aliis quospiam reservando aut excipiendo verum praemissa omnia et singula idem recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque Conservabant ac eidem serviebant ius advitalitatis et usumfructum praemissorum omnium ad vitae tempora extrema eiusdem consortis suae insingulis Commisit et assecuravit prout praesenti inscribit concedit et assecurat per eandem Consortem suam praefata bona ac res insinuatione praesenti advitalitatis ...

ad vitae